SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA

Italien (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 101r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

.III.

quedam pauca. Sed quia quesito quid est generaliter
tanto prius de virtutibus in generali deinde in speciali
dicemus. Sunt autem virtutes magis famose ad quas
sunt alie reducende numero septem. Tres theologice
quasi divine quia in deum diuine tamquam in obiectum et
finem et quatuor politice quia circa inferiorum or
dine faciunt nos pollere. Dicuntur et cardinales
quasi hostium totum in cardine vertitur. Sic omnis
humana vita hiis virtutibus regitur et circa ipsa or
dinatur. Per theologicas siquidem ordinamur ad deum
Sed per cardinales ad proximum. Nam fide dirigimur
in summum verum. spe elevamur in summum gloriosum et ar
duum. Sed caritate incendimur ad amandum summum
bonum. Item prudencia dirigimur in eligendis
temperancia disponimur in utendis. fortitudine ro
boramur in tollerandis. Sed iusticia regimur in distri
buendis. Et forte sunt septem propter septem que in
nobis regenda sunt scilicet tria ex parte anime et quatuor
ex parte carnalis sed. Anima enim constat tribus pote
ciis. Sed corpus quatuor elementis. Nam ex parte anime
est virtus racionalis que illustratur fide ad cogi
tandum verum. Et vis irascibilis que erigitur spe ad
declinandum malum. Et eius concupiscibilis
que incenditur caritate ad diligendum bonum. Vel sicut
in igne ardente et immissa ardente accipe iusticiam
punientem. In aere illustrante lumine et viam
qua eundum est ostendente accipe prudenciam di
rigentem. In aqua terram tpante ne soluatur in
cinerem accipe temperanciam refrenantem intra prefusam
undique undis aque et tamen immobiliter per
manente accipe fortitudinem imperialis roborantem

: De septem viciis in generali in virtutibus septem

Verum ista septem que septem contrariis :
tem virtutibus reparantur. Septem viciis
contrariis corrumpuntur quorum tria principaliter
accipiuntur ex parte mentis et quatuor alia pri

.LXIII.